

FVNDAMENTVM

in K, tumq̄ sursùm in M & N, tum deorsùm in H & I. Datorum itaq̄, Angulo-
rum Amplitudines erunt penes arcus HI, NL, MK, per 8. earumq̄ complementa MR
& NR nota per 12. notiq̄ ipsorum complementorum sinus MP & NQ, ex Canone.
notaq̄ subtensa Recta HI, duplus scilicet sinus dimidiij Anguli dati ad A. Iam verò ex ar-
cus BD polo R dimissus arcus normalis isq̄ è structurâ quadrans RC, incidens in ar-
cum BD in puncto C rectè, per 2. ideoq̄, obliquangulum Triangulum ABD in duo Re-
ctangula ACB & ACD dislocat, per idem 2. Noti itaq̄, in vtroq̄, Triangulo Rectan-
gulo duo Anguli, nimirum ad basin vterq̄, datus, & ad C vterq̄, Rectus. Restat itaq̄, vt reli-
quum datum Angulum ad A disecemus ratione notorum sinuum MP & NQ, per præ-
cedens postulatam, id quod fit hoc modo: Dimisso prius arcu normali seu quadrante RC iam
deinceps vltèrius deorsùm protracto vsq̄, in arcum HI (Amplitudinem nempe Anguli dati
ad A,) erit etiam quadrans AF, per 2. (quoniam A est polus dicti arcus HI, per 8.)
ideoq̄, ipse quadrans AF etiam rectè seu ad angulos vtrinq̄, Rectos incidet in Arcum HI,
atq̄, ipsius subtensam HI disecabit ratione nobis inuestigandâ, in segmenta puta HS IS,
quorum segmentorum ratio patet per præmissum lemma sic: Vt summa sinuum MP &
NQ ad Subtensam HI, $\{ MP \}$ ad seg- $\{ IS \}$ Inuentisq̄, segmentis IS & HS
sic oppositè seu alternè sinus $\{ NQ \}$ mentum $\{ HS \}$ secandâ subtensâ HI, constabit
& illorum commune intersegmentum SZ, atq̄, ex ipso noto intersegmento SZ patebit
& per præcedens postulatam sinus FT, sinus nimirum arcus FG, id est, per 8. anguli in-
termediij FAG, qui angulus FAG erit prosthapheresis vel addenda vel demenda dimi-
dio secandi anguli ad A, vt habeatur ipsius vel maior vel minor portio, æquè ac in præceden-
te postulato præcepimus. Erit q̄, in hunc modum dictus angulus ad A propositâ ratione ac pro
voto disectus. Et sic in vtroq̄, Triangulo Rectangulo ACB & ACD noti erunt tres angu-
li, ex quibus notis & postea innotescunt ipsorum latera seu arcus per primum Exemplum Re-
ctangulorum. Atq̄, sic iam absoluta solutione Triangulorum tum Rectangulorum tum Obli-
quangulorum sphericorum: ad solutionem planorum transeundum est.

XIV. De Triangulis planis, eorumq̄ solutione.

Perindè ac Triangulorum sphericorum obliquangulorum plerorumq̄, solutio è solu-
tione Rectangulorum dependet: ita demùm planorum solutio è solutione sphericorum depen-
dere videtur. Verùm in sphericis in vtroq̄, genere propter senariam diuersorum datorum per-
mutationem sena diuersa Exempla fuere: hic verò in vniuersum sena duntaxat diuersa Exem-
pla erunt: Puta vnum generale, duo Rectangulorum, & reliqua tria de obliquangulis. de
quorum solutionibus ordine dicemus.

Primum itaq̄, atq̄, generaliter in Triangulis planis notandum est hoc:

I. In Triangulo plano omnes tres anguli simul sumpti æquantur duobus Rectis. per
32. Primi Elementorum Euclidis. Notis itaq̄, in Triangulo plano duobus angulis, constabit &
pariter reliquus, vt duorum notorum complementum ad usq̄, valorem seu completionem duo-
rum Rectorum. Ideoq̄, in Triangulis planis, aut omnes simul anguli, vt in primo atq̄, genera-
li exemplo, aut omnia simul latera, vt in vltimo & speciali obliquangulo, aut vnus duntaxat
angulus vnâ cum lateribus, & in quatuor intermedijs exemplis, dantur.

Secun-